Fragmentarium

[illegible]

Karissimi nunc. quia dicere esse et dicere filios dei quia dignitas est videte. Karissimi nunc filii dei sumus nunc per miracula que facimus et per puritatem vite apparet quod iam sumus filii dei. Sed quicquid est in presenti parum est ad respectum futuri.

Cum incommutabilis et eterne divinitatis contemplatione perfruemur nos quoque immortales et eterni in illo erimus. non idem quod ipse, sed similes quia creatura.

Secundum quod verbum caro factum est viderunt mali et in futuro similiter videbunt. Sed quomodo verbum in principio erat apud patrem videbunt soli iusti. non oculis corporis sed mentis et tolletur impius ne videat gloriam dei.

Non aufert liberum arbitrium dicit quod homo se sanctificat. non tamen consentit pelagianus qui dicit hominem non egere gratia sed sic gratia divine similitudinis per modum nostrum percipimus speratam. sicut in dicta divine sanctitatis pro nostra capacitate iubemur imitari ut per eandem gratiam vitare mala laborem dicentes deus adiutor meus esto ne derelinquas me.

Non solum per gratiam dei facti sumus filii dei et speramus quod similes ei erimus sed etiam ab iniquitate liberati. quia ideo apparuit ut peccata tolleret. de qua iniquitate ne se excuset. quia omnis qui facit peccatum.

Grece nomos lex inde anomia id est iniquitas que est contra legem vel sine lege. inde peccatum est iniquitas.

Quicquid peccamus contra legem dei facimus. unde prevaricatores reputavit omnes peccatores esse. non solum qui scriptam legem contempsit sed etiam qui corrupit innocentiam legis nature.

Vere ipse est immunis ab omni peccato quia et illi qui adherent ei ex hoc quod adherent vitant peccatum.

Et scitis ne nos. Certa quia peccatis et iniquitatibus carere non possumus desperemus. videt quod per Christum nostra peccata solvuntur.

Gustando suavitatem dei sic ei congaudebis quam suavis est deus. non peccando a videnda gratia eius se removeret.

Qui habet [lacuna]
me [lacuna]

nos quia non novit eum. Karissimi nunc filii dei
sumus et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam
cum apparuerit similes ei erimus quoniam vi-
debimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem
hanc in eo sanctificat se sicut ille sanctus est.
Omnis qui facit peccatum et facit iniquitatem et peccatum
est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit
ut peccata tolleret et peccatum in eo non est.
Omnis qui in eo manet non peccat, omnis qui peccat non vidit
eum nec cognovit eum. Filioli nemo vos
seducat. Qui facit iustitiam iustus est sicut
et ille iustus est. Qui facit peccatum ex diabolo
est quoniam diabolus ab initio peccat. In hoc
apparuit filius dei ut dissolvat opera

non videt eum fide. Cum humanitate. non cognovit in divinitate. Nemo dicat: Ego sum peccator sed non sum iniquus.

Tollet. dimittendo facta. adiuvando ne fiant. ducendo ad vitam ubi fieri omnino non possunt.

In hoc nemo vos seducat dicendo quod vel iusticia sit ex homine vel quod cum peccato possit ideo manere. quia et omnis iusticia ex deo et omne peccatum

Non ascendit in cor hominis que preparavit deus diligentibus se.

Secundum corpus immortales et impassibiles sicut ipse filius.

Quia eum in propria divinitatis sue substantia contemplabimur quod in hac vita nulli conceditur.

In presenti sanctitate dei imitatur pie vivendo. desideria secularia abnegando.

Qui habet spem se sanctificat. sed qui facit peccatum se peccato iniquitatem. per se peccare potest homo. sed per se iustus esse non potest quia gratia speret.

Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi.

Exponit quod si esset in illo peccatum esset illi auferendum non ipse auferret.

Omnis qui et quid predicat nobis si peccato venit. Reddit omnis. non peccat. quod diu in eo manet. qui peccat per oppositum. qui peccat nimirum contrarius est equitati divine legis.

Qui peccat non videt eum et qui manet non peccat et

[lacuna] et intentione iustus quid est sed non ex se sed sic. Cum ex diabolo.
[lacuna] credit iusticia. in illo principaliter. in isto secundario. in illo naturaliter in isto
[lacuna] in equalitate dici solet. Similis sed similis ubi per adoptionem quod est quia
[lacuna] facie hominis et ymaginem de speculo quia iustus est ab illo iustus est.
[lacuna] hic et ibi oculi et hic et ibi aures ita nos habe-
[lacuna] sed non ymaginem qua filius patri. non iusticiam dei qua ille iustus est in comm-
[lacuna] non videtur ut aliquando videamus in sanctitate qua ille sanctus est eternitate. nos
[lacuna] voluit de cunctis hominibus sed imitata sancti fide.
[lacuna] illo sicut filii abrahe imitando fidem eius et inde desce-
[lacuna] Quia ab initio sue creationis incipiens peccare pec-
cat continue usque in presenti.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2317, 27v – Biblia cum glossa
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-kose/3925/41356)